



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 De Angelis quomodo se habeant erga animas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

de aliis partibus corporis Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod substantia dicitur duplicititer. Quodque n. sumitur pro hypothesis, & sic verum est quod corpus Christi substantiatum maneat per hypothesis Dei verbi. Non n. per mortem soluta est via verbi neque ad animam, neque ad corpus, & sic remanet simpliciter idem corpus numero secundum hypothesis, sive suppositum, quod est persona verbi. Alio modo, accipitur substantia pro efficientia, vel natura, & sic corpus Christi substantiatum per animam sicut per suam formam, non autem per verbum, qui verbū non vnitur corpori ut forma: hoc n. est hereticum, secundum heresim Arii & Apollinaris, qui posuerunt verbum esse in Christo loco anima. Sequeretur etiam quod est uero Dei & hominis facta in natura, quod pertinet ad heresim Euticis. Sic ergo corpus Christi post mortem est simpliciter idem secundum substantiam, quae est hypothesis, non autem secundum substantiam quae est efficientia, vel natura. Vniuersatio autem & aquiuocatio non respicit suppositionem, sed efficientiam, vel naturam, quam significat definitio.

AD SECUNDVM dicendum, quod Christus nō sit purus homo, est in verus homo, & mors eius fuit vera mors: vnde quicquid est verum de hominibus inquantum est homo, & de morte hominis, totum est verum de Christo, & de morte eius.

ARTICULUS V.

Vtrum Christus post resurrectionem vere comedet, cibum sibi incorporando.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod Christus post resurrectionem vere comedet, cibum sibi incorporando, quia vt August. dicit in lib. 83. questionum. Si fallit, veritas non est: unde nulla fictio decet Christum, qui est veritas: est enim fictio, si non vere sibi cibum incorporaret, quem ipse comedere uidebatur. Uero ergo comedit incorporando sibi cibum.

SED CONTRA est, quod Damasc. dicit, quod Christus, & si gustat cibum post resurrectionem, sed non lege natura, sed dispensationis modo, vel ritatem credere facies resurrectionem, & quod hoc eadem caro est, qua passa est, & resurrexit.

RESPON. Dicendum, quod aliquid dicitur esse verum duplicititer. Vno modo, ueritate significationis. Alio modo, ueritate naturalis speciei, sicut vox est uera ueritate significationis, quando significat esse quod est. Veritas autem naturalis speciei dependet ex principiis speciei, non autem ex effectibus, uel ex his quae quoque modo consequuntur: unde vox de uera ueritate naturalis speciei, quando format debitis instrumentis, & ex ore animali profertur cum quadam imaginatione, etiam si a nullo audiatur: quod est effectus consequens uocem. Legitur autem in scripturis absque necessitate & angelii comedisse, & Christus post resurrectionem, & utraque comedet uero ut Aug. dicit 13. de ciuitate Dei, alter tamen & alter: In angelis enim fuit uera ueritate significationis, gaut August. dicit ibidem, angelii comedentes non quia indigebant, sed quia uolebant & poterant, ut hominibus quadam sui ministerii humanitatem congruerent. In Christo autem fuit uera ueratio ueritate naturalis speciei, fuit enim exercita naturalibus instrumentis ad hunc actum ordinatis: & etiam fuit uera ueritate significationis, quae significabat ueritatem humanae naturae in corpore resurgente. Quod aut cibus conuertatur in corpus, est quoddam con-

sequens comeditionem. Vnde etiam in nobis si cibus nō conuertatur, sed statim per uomitum eijscas, nihilominus uera fuit comedio quod praefecit. Non autem conueniebat, ut in corpus Christi cibus conuertetur, quod iam erat extra statum generationis & corruptionis, vnde cibile fuit virtute Christi reuolutus in precedentem materiam, non autem in Christi corpus conuersus: & tamen fuit vera comelito absque aliqua fictione.

Vnde patet responsio ad obiecta.

Q. V. AEST. 10. 111.

DEINDE quæstum est de angelis. Et circa hoc

questa sunt tria.

1. p. q. 51. 8.
ad 5. 2. dif. 6.
ar. 4. ad 2.

I Primo, Vtrum aliquo modo angelus sit causa animæ rationalis.

II Secundo, Vtrum angelus influat in animam humanam.

III Tertio, Vtrum angelus malus, id est, diabolus, inhabitet substantialiter hominem in quolibet peccato mortali.

ARTICULUS VI.

Vtrum angelus sit aliquo modo causa animæ rationalis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod angelus

1. p. q. 90. 2r.
3. o. & q. 64.
ar. 3. o. & p. o.
q. 3. 21. 1. 4.
&c. 21.

est causa animæ rationalis. Quæcumque n. qualificantur in natura, ita tamen quod unum eorum est prius altero in ordine naturæ, id quod est prius est causa eius quod est posterius: sed anima & angelus qualificantur in natura, sunt enim homo & angelus in natura pares, officio dispare, angelus tamen prius est in ordine naturæ quam anima humana, quia est simplicior. ergo angelus est causa animæ rationalis.

SED CONTRA. Animæ rationalis educitur in esse per creationem: sed creare, cum sit potentia infinitæ, est solius Dei. nō ergo angelus potest esse causa animæ rationalis.

RESPON. Dicendum, quod impossibile est, id quod per creationem producitur, ab alio causari quam a prima omnium causa, cuius ratio est secundum platonicos: quia quanto aliqua causa est superior, tanto eius causalitas ad plura se extendit. Vnde oportet ut in effectibus id quod ad plura se habet, ad superiorum causam referatur. Manifestum est autem quod in ordine principiorum essentialium quanto aliqua forma est posterior, tanto est magis contraria & ad pauciora se extendit. Quanto autem forma est prior & propinquior subiecto primo, tanto oportet quod ad plura se extendat. Sequitur ergo quod formæ posteriores sunt ab inferioribus agentibus, priores vero & communiores a superiorib. Et sic relinquitur, quod id quod est primum substantiens in unoquoque, sit a prima omniū causa. Quilibet ergo alia causa præter primam, oportet quod agat presupposito subiecto quod est effectus causæ prius. Nulla ergo causa alia potest creare, nisi prima causa quae est Deus. Nam creare est producere aliquid non presupposito subiecto. Quæcumque ergo non possunt produci in esse nisi per creationem, a solo Deo creantur. Hæc autem sunt illa quae cum sint substantia, vel non sunt cōposita ex materia & forma, sed sunt formæ in suo esse substantiae, sicut sunt angelii: vel sunt ea quae si sint cōposita ex materia & forma, si materia corū non est in potentia, nō si ad unam formam, sicut est in corporib. celestib. Vtrags. n. hæc producuntur absque productione priui substantiæ in eis: p̄t autem produci in actu absque productione primi subiecti cōposita ex materia,

& for-

QVODLIBET. III. ARTIC. VII. ET VIII.

& forma, quorum materia est in potentia ad diuer-
tas formas, & sic in eadem materia possunt sibi di-
uersa formae succedere, tam etiam formae que non
sunt subsistentes in suo esse, que quidem non dicun-
tur esse, quia ipsa habeant esse, sed quia subsistentia ha-
bent aliquiliter esse secundum ea: vnde nec ipsa
secundum se dicunt fieri, vel corrumpi, sed in quantum
subsistentia sunt entia in actu, vel non entia sunt
ipsa. Anima autem rationalis est subsistens in suo
esse, alioquin non posset habere operationem abs
que communione sua materie. Vnde relinquitur
quod anima rationalis non possit produci in esse, ni
si per a creationem, & ita patet quod angelus nullo mo-
do sit causa eius, sed filius Deus.

9.178.

Tex. com. 3.

Ad illud vero quod in contrarium oblicitur, di-
cendum quod prima propositio inducta videtur
includere opposita. Si enim anima & angelus pari-
ficantur in natura, angelus non est prior anima se-
cundum ordinem naturae, nisi dicantur parificari
in natura, quia conuenient in natura, non quidem
speciei, sed generis. Non autem oportet quod omnium
que conuenient in natura generis vel speciei, id quod
est prius sit causa omnium aliorum, & quidem in
eadem specie non potest unum esse prius altero,
proprio loquendo, ordine naturae, quia species pre-
dicatur aequaliter de omnibus individuis, ut dicitur in
3. met. In generibus autem non est sic. Nam inter spe-
cies unius generis una est naturaliter prior & per-
fector altera. Est autem in individuis unius speciei
unum altero tempore prius, & quanvis aliquid in-
dividuum, quod est prius tempore, sit causa cuiusdam
alii quod est posterior, ut pater est causa filii, sicut
in obiectando tangetur, non tamen hoc est uni-
versaliter verum, non enim omnes antiquiores
sunt causa omnium iuniorum. Similiter etiam co-
tingit id quod est prius inter species eiusdem ge-
neris esse aliorum principium & causa, sicut motus
localis aliorum motuum, & binarius aliorum nu-
merorum, & triangulus aliarum figurarum regili
nearum, non tamen hoc est universaliter verum.
Non nam homo qui est perfectissima species anima-
lis, est causa actiua aliarum specierum, unde non
oportet quod angelus sit causa actiua animae. Pro-
cedit autem hanc ratio secundum opinionem quo-
rundam ponentium Deum agere per necessitatem
nature: & quod ab uno simplici non sit nisi unum im-
mediate, quod sit causa alterius, & sic usque ad ul-
tima rerum. Nos autem ponimus Deum agere omnia
per suam sapientiam, per quam ordinem rerum
disponit, & sic ab ipso diversi gradus rerum imme-
diate per creationem producuntur.

ARTICULUS. VII.

Vtrum angelus influat in animam humanam.

i.p. q. iii. ar. 2
& ma. q. 16.
81-12.0.22.3.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod
angelus non possit influere in animam hu-
manam. Duorum enim distantiam, vnu non influit
in alterum, nisi per aliquod medium: sed angelus,
& anima distantia inveniuntur, cum non sit dare ali-
quod medium, per quod influat influxus ab ange-
lo in animam, videtur quod angelus non possit
influere in animam.

S E D C O N T R A. Dio. dicit 8. c. cael. hier. Homi-
nes purgantur, illuminantur, & perficiuntur ab an-
gelis: sed hoc non sit nisi per quandam influxum.
ergo angelus potest influere in animam humanam.

R E S P O N S U M. Dicendum, quod unumquodque a-
gens agit secundum suam naturam, & ideo ubi igno-
ratur modus naturae rei, neccesse est etiam ut moti
actionis eius ignoratur. Modus autem naturae ange-
li

F licet est nobis ignotus secundum in se est. Non enim
in hac vita scire possumus de eis quid sunt, sed ali-
qualem cognitionem de eis habere possumus per
similitudinem sensibilium rerum, vt Dionysius de-
cit i. & 2. cap. cel. hierar. Vnde & modum actionis
ipsorum cognoscere non possumus, nisi per simili-
tudinem sensibilium agentium. Invenimus autem
in sensibilibus agentibus, quod id quod est in
actu, agitur in id quod est in potentia, & quod oportet
quod agens coniungatur patienti secundum li-
tium per corporalia contactum. Quanto autem
natura intellectualis est superior, tanto est magis
actualis, igitur Deo similior, qui est actus purus,
vnde superiores angeli possunt agere in interioribus
angelos, & in animas nostras, sicut id quod est in
actu, agit in id quod est in potentia, & huiusmodi
actio dicitur influxus. Quod autem est in corpo-
ralibus litoribus, est in spiritualibus ordo, nam litora est
quidam ordo partium corporalium secundum lo-
cum, & ideo ipse ordo subtilitatum spiritualium
adinticem sufficit ad hoc quod vna influat in altera-
ram, nec requiritur ibi medium corporale, vello-
cale, quia huiusmodi actiones sunt supra locum &
tempus quae in corporalibus sunt.

Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICULUS. VIII.

Vtrum diabolus inhabet hominem mortalita-
te peccantem.

HA D TERTIUM sic proceditur. Videlicet, quod
diabolus semper substantialiter inhabitet
minem quandocumque, peccat mortaliter. Culpa, mortali-
tate opponitur gratia: sed spiritus sanctus semper
inhabitat hominem cum gratia, secundum illud i. ad Corinth. 3. Templum Dei est, & spiritus
Dei habitat in nobis. ergo etiam spiritus immor-
talis in habitat hominem cum culpa mortali-

S E D C O N T R A est, quod diabolus per peccatum
inhabitat hominem, sicut per surum effectum: sed
non omne peccatum mortale est a diabolo, sed
quandoque a carne, & mundo. ergo diabolus non
semper inhabitat hominem cum culpa mortali-

R E S P O N S U M. Dicendum, quod diabolus immor-
talis in habitat hominem, sicut in culpa mortali-

I re hominem, potest intelligi duplicitate. Vno modo quantum ad animam: alio modo quantum ad
corpus. Quantum ad animam quidem non potest
diabolus in habitat hominem substantialiter, quia
solus Deus illabitur menti, nec ita diabolus causat
culpam, sicut spiritus sanctus causat gratiam. Spiritus
sanctus interior operatur, sed diabolus exterior sug-
gerit vel quantum ad sensum, vel quantum ad ima-
ginationem. Dicitur tamen in habitat affectum ho-
minis per effectum malitia: non solum quando ex
eius suggestione peccatum perpetratur, sed etiam
per quodcumque peccatum mortale, quia ex quo cum
peccato mortali habet seruitutem diabolus adductus est
quatum ad corpus diabolus potest hominem sub-
stantialiter inhabitare, sicut patet in arreptitu, sed
hoc magis pertinet ad rationem poenae, quam ad
rationem culpi. Poena autem corporales huius vi-
tae non semper consequuntur culpam, sed quandoque
peccantibus non inferuntur, & quandoque
non peccantibus inferuntur, vt dicitur loan. 9. de
caecitate naro, & hoc est secundum altitudinem incep-
tus prehensibilium iudiciorum Dei, unde non cum
qualibet culpa mortali diabolus inhabitat homi-
num substantialiter, etiam quantum ad corpus.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVAE